multitudinem ſuffectura. Decretum igitur: ut iuuentus naues conſcendat. Turba i bellis cũ oĩ theſauro tranſmittat. Oĩs igitur certatim populus cũ ducibus & magiſtratibus ſacerdotibus ſanctorũq; reliquiis uxoribus libe riſq; & oĩ precioſa re: tum ſacra: tum ꝓphana in Riualtũ trãſmiſere. Anno Domini nono ſupra octingenteſimũ: paucis apd' Metamaucum relictis q totius euentum rei expectare maluerunt. Quũ uero pipinus illuſum ſe ela pſumq; de manibus hoſtem uideret: ſegniorẽ autẽ fore Riualti obſidionẽ: Quia nec mari: nec terra deerant iſulis cõmeatus ob oſtiorũ multitudinẽ: Quę diligentius obſeruari nõ poterant: tum pp maris uaſtitatẽ: tum quia claſſem in multas diuidi cuſtodias nõ placebat: Quũ indies expectaretur impatoria: ſubſtitit aliquãtiſp cunctabundus. Erat in conſpectu Riualtus ꝓpinquus & paruus & ſine munimẽto locus: Inquem Veneti fere oẽs opes theſauroſq; cõgeſſerant. Cõuerſus ad ſuos: Quid agimus cõmilitões? Trã ſmittenda ne uobis hęc palus: an uero Rauenna repetenda infecta re? Non nulli quibus ſanior erat mens: memorabant ſine nauibus tranſmiſionẽ fie ri nõ poſſe: Nullas adeſſe paratas. Inſcientia pręterea locorum deterrebat. Alii uero ferre nõ poterant cluſos ſeſe ab huiuſmodi hoſte. Non deerant q de more gentis aſſentabundi iactarent. Vide ſtultitiam ſupbiamq; hoĩum: Qui in fugam uerſi: & quaſi aues funda concitę in harundinea ſepta abuo lauere. Ibi ſe tutos exiſtimant. Cũctabimur ne o impator q Rhodanũ rhe nũq; totiẽs tranauimus: Stagnũ hoc ignauũ & emortuum ſuperare? Accer ſe naues quæ tibi tot locis in promptu afatim adſunt. Imple eas militibus. Mox ut per hęc ſtagna remis & uelis agi uiderĩt: genibus tuis aduoluẽtur. Vocibus igitur ſublatis regem adhortari ad traiiciẽdum gazaſq; illas: quas ſibi tenere manibus uidebantur diripiendas. Concitatus Pipinus his uoci bus: Tamen ꝙ animaduerteret haudquaquam facilem tranſmiſſionẽ fore: Exiſtimationiſq; diſcrimen ſi nõ ſuccedat ſubiturum: Decreuit primũ ten tare p caduceatorem: Quem galli araldum uocãt: ſi forte dedere ſe uelint. Mandat ut in Riualtum proficiſcatur referat ueniſſe pipinũ italię regẽ ſuo patriſq; Caroli imperatoris nomĩe ad earum oĩum paludium & oppidorũ receptionem. Dignos eſſe Venetos omni ſupplicio: Qui q̃primum plega tos deditionem nõ fecerint. Cęterum ut Clemẽtia innata frãcis regibus uta tur: eẽ adhuc ſi ſapiant uenię: locũ. Si qd hactenus diſtulerũt: q̃primũ exe quãtur. Sin malint ptinaciter ſecũ agere: ſcire debeant: Idem ſe de Riualto facturũ deq; Metamauco cęteriſq; oppidis a ſe captis: Qd de pfidis teterri miſq; hoſtibus dignũ ſit: oĩa ferro atq; igni demoliturũ. Hęc a pipino mã data q̃q̃ & ſuperbię gallicę plena uidebantur: Parum etiam fidei irato in ſe hoſti tribuendum: Placuit tamẽ duos ad eũ legatos honoris & emolliendi animi cauſa tranſmittere. Maxime autem tporis producendi cauſa: donec claſſis imperatoria in qua ſpes erat omnis appareret. Neq; rebantur eam